In Dei nomine noverint universi quod ego petrus gras parator pannorum lane ville sancti petri de arro diocesis vicensis gratis et ex certa sci-
entia per me et omnes heredes et successores meos quoscumque ad bene videlicet meliorandum habendum tenendum omnique tempore pacifice possi-
dendum stabilio et in emphiteosim do et concedo vobis petro rosa paratori pannorum lane eiusdem ville sancti petri de arro ac vestris
et vestris et quibus volueritis perpetuo vobis tamen consimilibus et vestris totum illum troceum terre partim de vinea et partim de olivariis
cum plantatis vulgo dictum lo Cabanyal cum introitibus exitibus iuribus et pertinentiis suis quem ego ut heres universalis Joannis gras quondam pa-
tris mei aliisque veris iustis certis et legitimis titulis habeo et possideo in termino dicte ville sancti petri de arro in loco dicto lo Ca-
banyal. Et tenetur pro Reverendissimo domino episcopo vicensi eiusque mensa episcopali et pro Reverendo domino abbate monasterii sancti benedicti bagiarum eiusque men-
sa abbatiali scilicet et pro indiviso et sub dominio et alodio eorumdem absque prestatione alicuius census. Et terminat ab oriente cum vinea
Stephani alsamora a meridie cum troceo terre campi quem idem heres ab occidente cum via qua itur a dicta villa ad sanctum St-
ephanum? bagiarum et a circio cum troceo terre de vinea et olivariis plantatis hieronymi fabregues eiusdem ville. Hanc itaque stabilitionem
et in emphiteosim dationem et concessionem facio ego dictus petrus gras vobis dicto petro rosa et vestris et quibus volueritis perpetuo vobis tamen
consimilibus et vestris de predictis sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum. Sub ta-
li tamen pacto forma modo et conditione quod predicta melioretis et in aliquo non deterioretis et quod pro censu predicto et omnium meliora-
mentorum que vos et vestri feceritis in eisdem detis faciatis et prestetis ac dare facere et prestare teneamini mihi et meis in his successoribus
unum? solvere a die presenti ad unum annum proxime venturum et sic deinde anno quolibet consimili termino sine die unum solidum in inde
tamen perceptione eiusdem. In his autem non faciatis neque prestetis? vos vel vestri in his successores alium dominum seu dominos nisi
predictos Reverendissimum episcopum vicensem et Reverendum abbatem monasterii sancti benedicti bagiarum et me et meos in his successores. Liceat tamen vobis et vestris in his successoribus
post dies triginta ex quo predictos dominos episcopum vicensem et abbatem monasterii sancti benedicti bagiarum certificati fueritis predicta que vobis stabilio
vendere permutare obligare aut alias alienare vobis tamen consimilibus et vestris. Salvis tamen semper prout super predictis que vobis
stabilio et in emphiteosim do et concedo dicto censu unius solidi mihi et meis die suprascripto in inde tamen perceptione eiusdem solvendi nec
non salvis prefatis Reverendissimo domino episcopo vicensi et sue mense episcopali ac Reverendo abbati monasterii sancti benedicti bagiarum et eius mense abbatiali dictis sive
domino firma et fatica triginta dierum. Et salvo iure laudimio sive tertio pro predictis eidem episcopo et abbati solvere competenti. Pro introitu vero
predictorum que vobis stabilio dedistis et solvistis mihi et confiteor me a vobis habuisse et recepisse triginta libras monete barcinone. Et ideo renun-
tiando exceptioni dictarum triginta librarum pro introitu predicto non habitarum et non receptarum et dolo malo et actioni in factum et omni alii iuri
rationi et consuetudini contra hec repugnantibus seu repugnare valentibus quomodolibet et remitto vobis et vestris irrevocabiliter inter vi-
vos si quid predicta que vobis stabilio et in emphiteosim do et concedo plus modo valent aut amodo valebunt censu et introitu predictis.
Insuper convenio et bona fide promitto vobis dicto petro rosa et vestris quod predicta que vobis stabilio et in emphiteosim do et concedo una
cum omnibus et singulis melioramentis et augmentis per vos et vestros in his successores ibidem fiendis faciam vos et vestros in his successores habere te-
nere et in pace facere perpetuo possidere contra cunctas personas ex quibus teneor et mei in his successores tenebuntur vobis et vestris semper de firma
et legali evictione et legitima deffensione eorumdem et de restitutione omnium et singularum missionum sumptuum dampnorum et interesse litis et extra
sive obtineatis in causa vel causis sive etiam succumbatis in eisdem. Et pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis tenen-
dis et inviolabiliter observandis obligo vobis et vestris omnia et singula bona mea mobilia et immobilia habita et habenda. Et ut pre-
dicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate non vi nec dolo sed sponte iuro in animam meam per dominum deum et eius sancta quatuor
evangelia manibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere tenere et inviolabiliter observare et in nullo con-
trafacere vel venire iure aliquo causa vel etiam ratione. Et etiam iuro quod predicta non fuerunt facta in fraudem seu preiudicium dominorum predictorum
pro quibus tenentur. Ad hec ego petrus rosa acquisitor predictus laudans approbans ratificans et confirmans omnia et singula supra-
dicta acceptansque predictam stabilitionem a vobis dicto petro gras sub et cum pactis et conditionibus supradictis quibus omnibus et singulis ex-
presse consentio prout melius et plenius superius continetur. Convenio et bona fide promitto vobis dicto petro gras quod predicta que vos mihi stabili-
tis et in emphiteosim concessistis meliorabimus et in aliquo non deteriorabimus et quod pro censu eorumdem et omnium melioramentorum per me et meos in
eisdem faciendorum dabimus faciemus et solvemus dare facere solvere et prestare teneam vobis et vestris in his successoribus prefatum unum so-
lidum a die presenti ad unum annum proxime venturum et sic deinde anno quolibet consimili die sine dampno et missione vestra aliaque omnia et
singula que per me et meos attendenda erunt et complenda in et super predictis attendemus et complebimus ego et mei in his successores pro-
ut melius et plenius superius continetur. Et pro predictis omnibus et singulis complendis attendendis tenendis et observandis obligo
vobis et vestris specialiter et expresse iura emphiteotica mihi pertinentia et acquisita in predictis per vos mihi stabilitis et in emphiteosim da-
tis et concessis. Et generaliter omnia et singula bona mea mobilia et immobilia ubique habita et habenda. Renuntians in hoc legi si con-
venerit de iurisdictione omnium iudicum? per quam transmittens? et per specialiter quam generaliter obligata. Et alii? omni? ... creditor de ...
sibi satisfacere maluerit ad alia non extendat et omni alii iuri rationi et consuetudini contra hec venientibus. Et ut predicta omnia et sin-
gula maiori gaudeant firmitate non vi nec dolo sed sponte iuro in animam meam per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia ma-
nibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere tenere et inviolabiliter observare et in nullo contrafa-
cere vel venire iure aliquo causa vel etiam ratione. Hec igitur que et prout dicta sunt supra omnia et singula facimus paciscimur convenimus
et bona fide promittimus nos dicti contrahentes scilicet unus nostrum alteri ad invicem et vicissim presentibus et nobis etiam notario infrascripto tanquam publi-
ce persone pro nobis et nostris et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quarum interest et intererit recipienti et paciscenti ac
etiam legitime stipulanti. Et volumus nos dicti contrahentes quod de predictis fiant duo publica consimilia instrumenta quorum unum utrique nostrum
tradatur per notarium infrascriptum. Actum est hoc in termino et parrochia ville sancti petri de arro diocesis vicensis die decimo nono mensis octo-
bris anno a nativitate domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto. Signum petri gras stabilientis. Signum petri rosa acquisitoris pre-
dicti qui hec laudamus firmamus et iuramus.

Testes huius rei sunt Joannes ... termini castri ... et franciscus fontanet et valentinus fontanet fratres termini sancti
mathei bagiarum diocesis vicensis agricole.

Sit omnibus notum quod ego petrus gras parator pannorum lane ville sancti petri de arro diocesis vicensis confiteor et recognosco vobis petro rosa
etiam paratori pannorum lane eiusdem ville sancti petri de arro quod in modum subscriptum dedistis et solvistis mihi illas triginta libras monete bar-
cinone quas mihi dare et solvere promisistis pro introitu cuiusdam trocei terre partim de vinea et partim de olivariis plantatis vulgo dicti lo
Cabanyal cum introitibus exitibus iuribus et pertinentiis suis quod ego certis et iustis titulis habebam et possidebam infra terminum dicte ville
in loco dicto lo Cabanyal quem cum instrumento die presenti et subscripto et per notarium infrascriptum testificato stabilivi vobis et vestris et quibus volueritis
perpetuo vobis tamen consimilibus et vestris ad censum unius solidi in inde perceptione quolibet anno solvendi prout hec et alia in
prefato stabilimenti instrumento continentur. Modus vero solutionis dictarum triginta librarum talis fuit quod decem libras vos idem petro ro-
sa penes vos retinuistis et retinuit vobis in solutum et satisfactionem consimilium decem librarum barcinone precii quorumdam ... pretio vos
die presenti et instanti cum instrumento per notarium subscriptum testificato vendidistis mihi decem solidos monete barcinone censuales mortuos sive cen-
suales annuales redditales et perpetuales solvendos a die presenti ad unum annum proxime venientem et sic deinde anno quolibet consimili die
et restantes viginti libras ad complementum dictarum triginta que sunt introitu dicti stabilimenti dedistis et solvistis mihi numerando
de reali et de facto. Et ideo renuntiando exceptioni pecunie non numerate non habite et non recepte et per modum predictum non solute
et doli mali et actioni in factum et omni alii iuri contra hec venientibus facio vobis de dictis triginta libris presentem apocham de soluto
ac bonum et perpetuum finem et pactum firmissimum de ulterius non petendo et de non agendo vallatum stipulatione solempni. Actum est hoc
in termino et parrochia ville sancti petri de arro diocesis vicensis die decimo nono mensis octobris anno a nativitate domini millesimo quingentesimo
sexagesimo quarto. Signum petri gras predicti qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Joannes ... termini castri ... et franciscus fontanet et valentinus fontanet fratres termini
sancti mathei bagiarum diocesis vicensis agricole.

Signum mei Antonii Colomina? ... auctoritatibus apostolica et regia notarii publici ... qui hec scripsi et clausi.